

No. 223. 1383. 4. März.

B. Nicolaus bevrkundet quod cum strenuus Balthazar de Maltitz, devotus cliens et armiger nostrae diocesis de censibus suis habitis in villa dicta Koufbach iuxta Wylandisdorf sita decem et octo grossos Fribergensis monetae reddituum annuorum, quos quidem census Petrus dictus Lange rusticus singulis annis perpetuis temporibus et eius successores solvere tenebitur et debet, videlicet de medio manso novem grossos in festo beati Martini et novem grossos in festo beatae Walpurgis perfecta donatione inter vivos honorabilibus et religiosis viris dominis, praeposito, priori et conventui canonicorum regularium monasterii sanctae Affrae in Misna pro animae suae et progenitorum suorum salute liberaliter et realiter dedisset et tribuisset ac donasset, et ob hoc eosdem census ac bona praefatus Balthazar nec non Petrus de Maltitz eius patruus coniunctim et divisim pro se et fratribus ac aliis suis quibuscunque coheredibus ad manus nostras sponte et libere nullis coactione vi vel metu intervenientibus resignassent et omni iuri et actioni aut cuiuscunque legis canonis consuetudinis vel privilegii auxilio, quae sibi et suis heredibus quocunque tempore competere possent in censibus et bonis supradictis vel in qualibet eius parte, et per quae contra praemissas donationem et assignationem iuvare se valerent seu contra ipsas venire verbo vel facto, in toto vel in parte, voluntarie renunciassent, salva ipsis dumtaxat in praefatis bonis reservatione omnium, quae in litteris dominis .. praeposito, priori et conventui per eosdem traditis continentur, *habe er auf Balthasars Ansuchen mit Genehmigung seines Capitels diese Zinsen dem Probeste, Prior und Convent zu St. Afra zugeeignet* ad finem et effectum, quod de censu eodem in monasterio praedicto distributiones pro anniversario obitus sui die, postquam de hac luce migraverit — cum vigiliis et missa defunctorum perpetue peragendo secundum ecclesiae ipsius consuetudinem inter praefatos dominos .. praepositum et canonicos regulares eiusdem monasterii pro communi bitancia ministrandas ordinare et disponere possit, vel ipsi domini possint prout et quando placuerit et saluti animae suae suorumque progenitorum melius videbitur expedire —. Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo tertio, feria quarta post dominicam Laetare proxima in Veteri Cella nostrae diocesis, praesentibus honorabilibus viris dominis Ramfoldo de Polenczk, Francisco de Kungisbrucke, nostrae ecclesiae Misnensis canonicis, Jacobo de Kunczendorf curiae nostrae officiali, et Vlrico de Maltitz, canonico regulari sanctae Affrae Misnensis, necnon strenuis viris dominis Ticzmanno Trog-sesse, Caspate de Schonenberg, Johanne de Kokericz militibus, Reynbotone de Landecke, Sitche de Honsberg, Janone de Slynicz et pluribus aliis clericis et laicis fide dignis.

Et nos Nicolaus decanus totumque capitulum ecclesiae Misnensis donationi, appropriationi, collationi, incorporationi, annectationi et unioni praedictis — nostrum consensum adhibuimus et praesentibus adhibemus etc.

Nach dem durch Moder beschädigten Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. Das Siegel des Bischofs ist mit einem Pergamentstreifen befestigt, das des Capitels abhanden gekommen.

No. 224. 1383. 2. Dec.

Notariatsinstrument, wornach am genannten Tage der Domdecan Nicolaus de Aldenburg in stuba maiori habitationis suae vor den nachbenannten Zeugen den unterzeichneten Notar ersuchte von den in seinen Händen befindlichen Urkunde eine Copie zu fertigen, volens ut asseruit ipsarum litterarum copias seu transsumpta apud praedictum monasterium (s. Affrae), ipsas vero litteras originales apud se ipsum et suos testamentarios et haeredes permanere. Quarum quidem litterarum tenor per omnia sequitur in hunc modum: Nos Johannes praepositus — dignum duximus